

Zamnelbof!

- Dissertationes et Tractatus
in hoc Volumine. Extantes
- 1) De fendo in officio quae sibi Præf. Joh. Gottfr.
Bauer Rep. Gottlob August Jenisch.
Lippiae Apbita.
 - 2) De Secretariae Domus Austriae Praescri-
mentis. Praetorialis iuribus ac privilegiis praec-
ipuis, et in Specie de August. hisz domi-
nicio provinciali ex parte Curiae Praes.
Gabrieli Schwerdt Rep. Joseph Anton Maria Bele
Tulinae Apbita.
 - 3) De Austriae Imperialis Archicancellario.
Præf. Joh. Wilh. Wildsch nit. Rep. Georg Frider. Lees
in Tann Hartbergi habita.
 - 4) De cura actalis. Peccatis foeminae mino-
rennis calinata Praes. d. Gottfr. Wilh. Drexler
Rep. Joh. Albin Auerbach.
 - 5) De statu donationum inter virum et uxorem,
d. Just Heinr. Bochmer Rep. Joh. Fr. Starkmaier
 - 6) De donationibus inter conjugos Saxonios, modo coniugii
creditorum invalidis Praes. Joh. Gottfr. Auer. h
Rep. M. Carol. Franc. Conrad
 - 7) De charito usufruicario saxonico
Rep. Gottfr. Barth. Rep. Gottfr. Schulter.
 - 8) De conditionum causa et potestate Præf.
Franch. Frider. Dardeler Rep. Joh. Fr. Korn
 - 9) De Appellacione in admisitili Praes.
d. Gottfr. Wilh. Drexler Rep. Benjamin Frider.
 - 10) Schreiber
 - 11) De depositione Coniugum malitiosa Praef.
Johann. Stoyk. Rep. Johannes Moser
 - 12) De non sequienti letaliate vulneris Praef.
Hermann. Rehm. Albrecht Henrich. Ulrich

12. De criminis Abortus. Ps: Joh: Phil: Steevogl: V: de Paul K: D: 12
 13. De Recusione librorum furtiva. Ps: Podolus Turnipius.
 14. De Tortura ex foro & stando pro scribendo.
 Praes: Xpsian Thonis: Reln: Matth: Bernhard:
 15. De homicidio a pluribus scismatico Prag: Pek: Muller
 Ps: David Golfo: Haerppen
 16. De repetitione tormentorum confessi iniunctio
 Ps: Michael: Hens: Grotius: R: fo: Matth: Selpert.
 17. De amotitulatione i: forma iudiciorum
 criminalium solemnium. Von Jezing
 d'no: mro: nro: nro: i: von mro: nro: nro:
 Erle griffen & B: J: Fr: Hellep: R: fo: Matth: F: Popp:
 18) Crimini Alziger pacet or: des electio
 Carlo: 19) De Torturis i: Quaestionalib: Von die Marstal id: fuit:
 Cappar Zinglar: R: fo: Cappar Zinglar: R: fo: Cappar Zinglar: R: fo:
 20. Disser: ad L: off de lege Romaneja de Passerius: Von
 Elens Mord und das h: Expostitionis Praes: W:old
 Drackenbrock: R: fo: Nic: de Meist.
 Ps: 20: De furib: a pideny laquei emunib: Von
 Eynsberg: Trinby: fo: F:ut: Georg Adam Scrop:
 22) De Ceteris in capitulo ratione palestib: S: Aeneatolog:
 23. De furto periculoso Von jefecib: gr: aff:
 drabkall.
 24) Xpsian Thoms: t: de origine Procesi inquisitorii
 et processus duc: inquisitionis Proces: Ord:
 25) De reprobatione actionum adiutorialium ob p:la: o:em
 non potestum comprehendere von H:ilfe: Br:fortius
 W:il: v: von: a: d: o: d:
 26) T: Tschapnager: R: fo: Sign: Gottlieb Heleger:
 27) De Communione incidente Prag: fo: Fr: Kappel R: fo: Matth: Elias
 de Bruyl: d:ct: c:pa: w:th: 28) De qua iustum est crux febros in primis fer: annos.
 29) Joh: Balchadus: Faber: Ps: Gius: Xpsian Gebauer: R: fo: Xpsian Hoff: Lange:
 30) De Juris electione Ps: Gius: Xpsian Gebauer: R: fo: Xpsian Hoff: Lange:
 31) An Imperiorum curia: Et illi concordantia. Quo ut p:se
 Potius servis: Et illi concordantia. Quo ut p:se
 Potius potius: Praes: fo: Xpsian Gebauer: R: fo: Xpsian Gebauer: R: fo:
 32) De Judice p:ar: recte ex officio. R: fo: Just: Henr: Roemer
 Ps: Georg Henr: Mus: Latius

DISSERTATIO IURIDICA
DE
DONATIONIBVS
INTER CONIVGES SAXONICOS
MOTO CONCVRSV CREDI-
TORVM INVALIDIS
SECUNDVM EDICTI REG. DE BANCAE
RVPTORIBVS, DE D. VII. JAN. MDCC XXIV. §. XV

i. e.

Von Ungültigkeit derer Schenkungen unter Ehe-
Leuten nach entstandenen Concurs
Vermöge des Königl. allergn. Mandats wieder die Banqueroutiers, §. 15.

QVAM CONSENSV
MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS

P R A E S I D E

DN. JO. GODOFREDO BAVERO

J. V. D

D. XXIII. MARTII MDCC XXV


PUBLICAE DISQVISITIONI

SVBICIT

A U C T O R

M. FRANCISCVS CAROLVS CONRADI
REICHENBAC. VARISCVS.

L I P S I A E
LITERIS IMMANVELIS TITII.



V I R O
ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO QVE
D O M I N O
FRANCISCO PHILIPPO
ROMANO

HEREDITARIO IN COSCHIZ
SERENISSIMO AC POTEN-
TISSIMO POLONIARVM REGI AT-
QVE ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS
AVLAE ET IVSTITIAE

DOMINO PATRVO AC PA-
TRONO. SVO
SVBMISSA MENTE AETATEM VENERANDO

HANC DISSERTATIONEM
PII GRATIQE ANIMI
MONVMNTVM

CONSECRAT

OBESEQVIOSISSIMVS CLIENS

FRANCISCVS CAROLVS CONRADI

V I R O
PRAENOBI LISSIMO AC PRAECLARISSIMO
DOMINO AVCTORI
DISSERTATIONIS


S. P. D.

P R A E S E S.



*Ecipe Dissertationem Tuam
proprio marte &, quod mi-
randum, trium dierum spa-
tio conscriptam. Miror,
quod illam censuræ meæ ob-
tuleris, quum scires, me tantum eruditioñi
Tuæ fidere, quantum mihi fidere possum. Vel
ipse temporis penuria exclusus eandem vix obi-
ter perlegere potui, sed mox tantum ingenii
acumen, tantam judicij vim atque solidioris
plane doctrinæ fastigium deprehendi, ut luben-
tissime exacta disquisitione abstinerem. Et li-
cet aliquando a me dissentire visus fueris:
quum tamen Tibi relinquendum esse arbitra-
rer, si quidem in controversiis decidendis liber-
tate*

tate Academica utereris, nec verbum addere,
nec detrahere volui. Ita gaudere potes, quod in-
tegra Dissertatio Tua sit, nec mihi quicquam
tribuendum. Hinc eo maiori honori duco, quod
Præsidio meo uti velis, quo magis dignus es,
qui Ipse Præsidis munus, quo ante jamjam in
cathedra Philosophica rite defunctus es, non
minus in cathedra Juridica subeas. Grator
Tibi specimen hoc, quod edis, elegantissimum,
grator studia in antiquitatibus Juris pari-
ter, atque in Jurisprudentia Forensi solidiora,
grator denique Tibi & splendidissimæ Fa-
miliæ, quod Excellentissimorum ac Illustri-
um Virorum, qui in illa numerati sunt & ad-
huc numerantur, tum & Beati Parentis
vestigiis studiose insistas, nihilque magis in
votis habeo, quam, ut propediem meritis Ho-
noribus orneris & a Republica industria Tua
largissime compensetur: Ipsum Summum Nu-
men vero, in Reipublicæ incrementum, stu-
diosæ Inventutis salutem, nec non Tuorum so-
latium Te quam diutissime salvum atque inco-
lumem esse jubeat. Me, quod facis, amare
pergas. Vale. Dabam Lipsiæ Mens. Mart.
MDCC XXV.



*Edicti Regii atque Elector. Saxon. aaversus
Bancruptores, de d. 7. Januarii a. 1724.*

S. 15.

Deroeil man auch bishero wahrnehmen müssen, daß sowohl der Kauff-Leute, als anderer Debitorum Ehe-Weiber, der Männer ihr Vermögen durch unvorsichtige, und ihren Stand übersteigende Depensen durchbringen helfsen, inzwischen aber von den Debitorum Geldern kostbare Meublen, Gerade-Stücken, und dergleichen anschaffen, auch wohl falsche Verschreibungen sich geben lassen, und dadurch die Gläubiger umb ihr bona fide vorgeschoßenes Geld zu bringen, suchen; Als wollen wir, daß nicht allein alle diejenigen Schenkungen, so eine Frau von ihrem Manne, dessen Vermögen nachmahl's in Concurs gerath, erhalten, und annoch verhanden, wenn er auch gleich damahls noch solvendo gewesen, null und nichtig seyn, sondern auch sowohl dieselben, als Elber, Schmuck und andere kostbare Gerade-Stücken, (worunter aber nothige Kleidungen, Wäsche, Bettten und dergleichen nicht zu verstehen,) welche die Frau Zeit während der Ehe, aus des Mannes Vermögen erhalten, und, daß sie solche entweder zu ihme gebracht, oder anderweit erlanget habe, nicht bescheinigen, oder allenfalls nicht eydlich bestärken kan, mit ad massam Concursus gebracht, oder der Frauen an ihren übrigen Forderungen, soweit sie damit zur Perception gelanget, zugerechnet, die Übermaße aber der Massam Concursus restituiret, es auch gleicherstalt auf den Fall, da ein Ehe-Mann seinem Weibe Häuser oder andere Immobilien erkauffet, gehalten, und solche denen Creditoren, gegen Entrichtung des dafür würtlich bezahlten Kauff-Geldes, wieder abgetreten, und die Übermaße alsdenn ad Massam Concursus gezogen werden solle, und, woferne sich hiernechst noch fände, daß die Frau durch Verschwendung den Concurs veranlasset, oder wohl gar durch betrügliche Handlung, oder sonst mit ihrem Ehe-Manne colludiret, soll sie, nach Besinden, ihrer Illatorum und sämtlichen Forderungen gänzlich verlustig geachtet, und noch hierüber, nach Gelegenheit, willkührlich bestraffet werden, iedoch hat es im übrigen bey demjenigen, was in der eten N. Decision, wegen dererjenigen Weiber, so beschuldete Männer heyzrathen, enthalten, nochmahl's sein Bewenden,

CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

Donationes inter virum & uxorem Jure Civ. prohibitæ: ob quas causas? §. I.

Donationes in uxorem à marito factæ, moto creditorum concursu, ex Edicto Reg. atque Elect. novissimo, invalidæ, §. II.

Cause hujus sanctionis: Uxorium plerarumque in donationibus à marito eliciendis malitia & luxuria, III. tum & multarum uxorum dolus, atque fraudandi creditoris consilium, §. IV.

Forma Edicti Regii, quatenus ad donationes inter conjuges directum est, legem perfectam referentis, §. V.

Objectum, omnes donationes à marito, possea bonis lapsò, in uxorem factæ, §. VI. Inde donationes viri in conjugem jure communii & Saxonico alioquin subsistentes, excutiuntur, & quidem 1) judicialiter factæ, §. VII. 2) juramento, aut 3) morte donatoris confirmatae, 4) donationes mortis causa, §. VIII. 5) donationes reciprocae, ac speciatim mutua rerum expeditiorum & geradicarum donatio, item 6) donatio rerum, que ad geradam referuntur, uxori facta; ubi necessariarum à superfluis distinctione, §. IX. 7) donationes diebus solemnibus factæ, eaque modice, §. X. 8) donationes simpliciter modice, b.e. nec solemniter, nec necessariae, §. XI.

Donationes constante matrimonio factas tantum Edicto Regio membrari: hinc segregandas esse donationes sponsi in sponsam, §. XII. quid senticium de Morgengabe? §. XIII.

Post donationes aperte factas, de iis, que sub alia specie, ut: venditionis, sunt celebratae, judicium fertur, §. XIV. & hereditatis marito delatae, in gratiam uxoris factam repudiationem hic pertinere, negatur, §. XV.

Effectus evolvuntur, sese, moto concursu, exerentes, cum 1) donationes ipso jure pro nullis habentur, inde 2) ad massam concursus restituuntur res donatae, aut in uxoris illata & prætentiones computantur: hinc distincta rerum extantium & consumtarum consideratio, §. XVI. ac de rebus ab uxore, que illatis destituitur, alienatis, ad concursum revocandis, dispicitur, §. XVII.

Effectus bi ut obtineant, solo eventu, non consilio fraudandi creditoris, in donationibus agitato, opus esse, §. XVIII. Unde necessitas uxori incumbens, probandi, ea, que repetit, non ex mariti donatione, sed vel à se illata, vel aliiunde acquisita esse; cuius probationis forma describitur, §. XIX.

Vltimo loco 3) Effectus, pena uxorum in culpa, dolove versatarum, qui busque insecuritus creditorum concursus imputari queat, breviter lustrantur, §. XX.

DE



DE
DONATIONIBVS INTER
CONIVGES SAXONICOS, MOTO
CONCVRSV CREDITORVM, INVALIDIS.

§. I.



Vobis moribus primum apud Romanos receptum erat, quodque postea Imp. ANTONINI CARACALLAE Oratione ac eam secuto SCto confirmatum fuit, ne inter virum & uxorem donationes valerent. l. 1.
& 3.j.l. 32. ff. de donat. inter vir.
& ux. l. 3. C. eod. id profecto durum satis ac inhumanum putari queat, cum ita liberalitatem, arctioris amicitiae comitem, iis interdici videamus, quos individuum vitae confortium amicitiae integerrimae vineculo conjungit, & quos inter laudabilis, si unquam alias, ac necessaria quandoque sit benignitas. Quamvis itaque vera istius rigoris causa ex veteris jurisprudentiae principiis arecessenda sit, qua uxorem, potestati maritali subjectam, faciebant alieni juris, & proinde conjuges pro una persona, non secus ac patrem & filiam familias, habebant, unde non magis valida esse poterat donatio inter virum & uxorem man-

6 DE DONATION. INTER CONIVGES SAXON.

xime, quæ in manus convenisset, quam quæ fieret inter patrem & filiumfamilias, uti præclare docuit BARN. BRISONIVS: (a) Attamen JCTi veteres non inutilem, nec levis momenti inquisitionem fecerunt, quare hoc jus esse Romanii voluerint, & quomodo idem stare debuerit, postquam talis maritorum potestas cessaret. (b) E diversis autem, quas afferunt, duæ magis placent causæ, una SEXTI CAECILII, nobis a PAVLO servata in l.2. ff. d. t. quod sæpe futurum esset, ut discuterentur matrimonia, si non donaret is, qui posset, atque ita eventurum, ut venalitia essent matrimonia: id quod sane ob divertiorum licentiam Romanis metuendum erat. Altera est VLPIANI ratio, in d. l. 1. & 3. ff. de donat. int. vir. & ux. ne mutuato amore conjuges invicem spoliarentur, donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate; neve, dum concordia pretio conciliaretur, melior in paupertatem incideret, deterior ditior fieret: Unde, quæ donantem non pauperiorem, neque accipientem locupletiorem faceret, donatio inter conjuges valebat, l.5. §.8. l.25. ff. cod. Nec enim propositum erat, damnare prorsus & e matrimoniis tollere conjugalem benigitatem, sed ejus prætextu abutentibus pessulum obdere, ac summa utilitate, ne conjuges per liberum donandi arbitrium sese opibus exhaustirent, providere: id quod vel unius intemperanti affectu, vel fraudulosis blanditiis, luxu, aut avaritia alterius, subinde posset contingere.

§. II.

(a) de Ritu Nupt. p. m. 214. Haud leve argumentum præbet VLPIANVS l.1. ff. de donat. int. v. & ux. moribus id Romani juris caput adscribens: At jus potestatis moribus receptum esse, idem docet, l.8. ff. de his, qui sui, vel al. jur. Quanta vero ex potestate ficta unitatis vis in donationibus fuerit, cognosce ex ejusdem Vlpiani verbis, l.3. §.2. ff. ff. de donat. inter v. & ux.

(b) Mitto jam causas à Philosophis allatas, ut illam à PLVTARCHO, Quæst. Rom. p.m.265. & de conjug. præceptis p.143. Tom. II. Opp.

MOTO CONCVRSV CREDITOR. INVALIDIS. 7

§. II. Verum hæc, utut valde amoena & disquisitione digna, quemadmodum porro exceptiones illas Juris Civilis, quibus severitas ista temperata, variæque donationum species permitta, omnes donatoris morte ac silentio confirmari, ut possent, constitutum est; talia, inquam, ulterius per se qui præsens instituti, quam elegi, ratio non permittit. Siquidem nunc Jus patrium, idque novissimum utroque oculo volo respicere, donationes inter conjuges Saxonicos, in fraudem creditorum factas, moto concursu creditorum invalidas, pro virili expositurus. Enimvero cum AVGUSTISSIMVS PATER PATRIAЕ, *in severissimo Edicto, adversus improbos alieni æris decodores anno superiori promulgato*, inter alia creditorum solatia clementissime proposita, de donationibus a marito, cuius bona postea excutiuntur, in uxorem factis ipso jure rescindendis & ad massam concursus, ut dicitur, revocandis, disposuerit: dum e foro Romano in Saxonum prodire constitui, nullum vel a dignitate sua, vel ab usu magis se commendavit argumentum, quod ad disputandum proponerem, quam præsens, in quo summam AVGUSTI nostri providentiam in istius sanctionis æquitate pariter, ac necessitate conspi cuam, humillime venerari, jusque hoc novum, cum Jure Civili & Saxonico Communi collatum, recensere mens est.

§. III. Ergo tantum abest, ut inquirendo in causam clementissimæ sanctionis, reprehensionem debeam incurrire Jureconsulti, rationes eorum, quæ constituuntur, inquirere vetantis; quippe nullum jam adest subversionis periculum: ut potius officii mei intelligam esse, primo loco justissimam occasionem & causam, quæ Serenissimum Legislatorem ad constituendum noviter, de donationibus inter conjuges Saxonicos, moverit, breviter exponere. Est ea publica, pro qua sæpe insomnes noctes OPTIMO PRINCIPI novas leges

8 DE DONATION. INTER CONIVGES SAXON.

leges condendas suggesterunt, utilitas, adversus malignorum decoctorum fraudes, quarum s^ep^e participes, s^ep^e aucto-
res sunt foeminae, tuenda. Enimvero jam ab aliquot annis, in
luctuosa satis concursuum frequentia s^ep^e numero animad-
versum fuit, non mercatorum solum, sed & aliorum uxo-
res debitorum, effuse vivendo, impensis superfluis ac im-
modicis, ultra, quam maritorum facultates sustinerent, aut
ipsarum conditio ferret, viros luxuria sua in Labyrinthum
infelicissimum pedetentim induxit, ut propriis pecuniis
exhausti mox versuram facere, inde foro cedere cogeren-
tur. Apparuit certe, ab hujusmodi ambitionis, aut sua li-
bidini indulgentibus foeminis immoderatas donationes astu
& blanditiis, aut ubi ea non prodeissent, aliquando acerbiori
modo elici, vel extorqueri consuevit, ita, ut subinde
amor & concordia muneribus redimerentur, viri pecuniis
inique emungerentur, atque ad commercia continuanda,
faecundatibus spoliati, redderentur inhabiles. Ergo damno-
sa privat^a rei, perniciose in publicum, huiusmodi dona-
tiones, cum impedito commerciorum flore publicus status
illlico affligatur, solicitudinem PRINCIPIS merito provoc-
runt, quo uxorum prodigalitati ambitionisque luxuriæ
modum poneret, ne ulterius mariti ipsarum culpa in pau-
pertatem incidenter, atque profusa liberalitate opibus spo-
liarentur, quam & olim Iure Rom. prohibitarum inter con-
juges donationum causam ex VLPIANO vidimus. Mo-
dum vero posuit per hanc ipsam sanctionem, ex qua dum
intelligunt uxores, male secum ac pro merito aetum iri,
marito bonis lapso, nec sibi ejus donationes tali eventu
impostorum esse profuturas, improbo ipsa effuse vivendi
voto indulgere, ac maritorum in se liberalitatem solicitare,
dediscant.

§. IV.

MOTO CONCVRSV CREDITOR. INVALIDIS. 9

§. IV. Ista quidem, citra animum fraudandi creditores ita subinde a conjugibus facta; jam exitu satis noxia & animadversione digna erant: Sed accessit plerarumque mulierum, quæ maritorum fortuna parum considerent, malignum consilium, quo supellecstile omnis generis pretiosam, gemmas, aurum, argentum aliasque res ad mundum ornatumve muliebrem pertinentes, alieno ære comparatas, ad se transferri, sape ut sibi donatas, sape ut sua pecunia emptas, curarunt, ut, mariti bonis a creditoribus possessis, ablata, (*durchgebrachtes Guth,*) pro illatis, (*dem eingebrachten Guth,*) repetere, ac pecunias bona fide creditas lucrari possent. Quamobrem, si nemo fructum calliditatis suæ accipere, nemo ex dolo lucrari, aut meliorem suam conditionem facere debet, *l. 25. C. de legat.* *l. 12. ff. de dolo malo,* *l. 134. ff. de R. I.* ac sigillatim foeminis deceptis, non decipientibus jura succurrunt *l. 2.* §. 3. *ff. ad Scf. Vellej.* summo profecto jure fraudulentis istiusmodi uxoribus non privilegium modo & jus prælationis, quo pessime abuti non sint reveritz, eripiendum, verum & poena insuper gravissima proponenda fuit. Quemadmodum publicam mutui fidem, in favorem commerciorum saluberrime promotum ivit Serenissimus, *O. P. S. N. T. XLIII. §. sezen. p. 252.* sublati uxorum, quæ ipsis olim competierunt, ratione dotis, privilegiis, jure prælationis, imo & jure reali, nisi judiciali hypotheca sibi impostorum prospexerint, quæ ipsas una cum aliis hypothecariis creditoribus pari, secundum temporis prioritatem, jure frui permittat. Qua juris pristini mutatione non solum inextricabiles nodos, frequenter admodum in locandis creditoribus obvios, (a) præcidi, sed &

B innu-

(a) *Vid. III. de BERGER. E.D.F. ad O. P. S. T. XLIII. p. 145.* CARPZ.
P. I.

10 DE DONATION. INTER CONIVGES SAXON.

innumerās fraudēs e medio tollī, nēmo non agnoscit.

§. V. Vidimus causām: breviter nunc formā Constitutionis, seu potius partis Edic̄ti Regii expendamus, cuius illustrationem ulteriorem ad effectus infra exponendos differre p̄stabit. Lex, sive pro tota atque integrā lege, sive pro quodam ejus capite, accipias, aut perfecta est, aut imperfecta, aut minus, quam perfecta, secundum accuratam VLPIANI doctrinā (a), ita, ut lex perfecta sit, quae vetat aliquid fieri, & si factū sit, rescindit; imperfecta, quae prohibet quidquam, nec si factū sit, rescindit, aut penam deviantibus fāncit; denique minus, quam perfecta, quae vetat aliquid fieri, & si factū sit, non rescindit, sed penam ei injungit, qui contra legem fecerit. Quamvis enim istam legum distinctionem per I. S. C. de legib. hodie sublatam existimet magnus CVIACIVS, quippe d. l. omnia, quae contra leges fiant, ipso jure nulla esse velit, licet legislator prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit, inutile esse debere, quod factū est, ita, ut omnes leges pro perfectis sint habenda. (b) Veruntamen cum laudatum discrimen ad Philosophiam Iuris & ad prudentiam legislatoriam spectet, non videtur idem Auguſtorum Constitutione tolli potuisse. Quin potius, ferente sic publica utilitate, cum ſāpe remedia tantum reſcissōria dari, vel sub pena quid prohiberi, quam rem per legis inhibitionem statim

P. I. C. 28. D. 63. § 175. it. IV. Rasp. 17. RICHTER. de privi-
leg. creditorum c. III. ſect. I.

(a) FRAGM. T. I. §. 1. 2. vid. CVIAC. observ. XIX. c. 30. ubi fragmentum Vlpiani hoc modo supplet.

(b) vid. ARN. VINNIUS Selectar. Quæſt. lib. I. c. 1. qui ex instituto de his disputat. conſer. TRENTACINQVIVS Resol. Pract. lib. I. tit. de LL. ref. 1.

MOTO CONCVRSV CREDITOR. INVALIDIS. ii

statim rescindi, præstet, (c) si leges hodiernas quoque diligentius examinare velimus, eas ad classes VLPIANI revocari posse, inveniemus; nec sine utilitate, cum omisso tali observatione vix rectum liceat de effectibus legis ex voluntate Imperantis ferre judicium. Quodsi Edictum nostrum, quatenus de donationibus conjugum sancit, inspiciamus, apparet speciem esse legis perfectæ. Quemadmodum enim olim lex AELIA SENTIA ita manumissiones in fraudem creditorum fieri vetabat, ut suscipiens tales, nihil ageret, nec remedio rescissorio opus esset, eoque exemplum præbuit legis perfectæ: *pr. I. qui & ex quibus cauf. man. non poss.* & quemadmodum ipsa Imp. ANTONINI Constitutio, mores veterum confirmans, ipso jure nihil voluit valere, *quod actum esset donationis causa inter virum & uxorem l.3. §. 10. ff. de donar. int. vir. & ux.* Ita donationes in uxorem a marito, postea obatarato & bonis lapso, collatae, lege nostra nullæ & inutiles esse iubentur, exorto creditorum concursu, et perinde, ac si nihil iis translatum esset, ad bona mariti excussioni obnoxia referentur. Insuper vero & poenæ in uxores fraudulentas & doli a marito commissi participes, tum & in luxuriosas infortunii coniugis adiutrices pro merito statuantur.

§. VI. Ergo quæ legē nostra in eventum excitati concursus creditorum rescinduntur, sunt donationes a

B 2 mari-

(c) Exemplum legis imperfectæ facile obvium habemus in legibus hodiernis, matrimonium v. c. sine parentum consensu consummatum non rescindentibus, licet id fieri prohibeant, sed punientibus, non fecus ac olim matrimonio contra L. Iuliam & Papiam, item cum adulterii damnata, aut intra annum luctus contracta, poenis coercentur, sed non erant nulla. v. VLPIAN. T. XVI. §. 2. l. 29. §. 1. l. 9. C. ad L. Iul. de adulter. l. 2. C. de sec. Nupt.

12 DE DONATION. INTER CONIVGES SAXON.

marito in uxorem factæ. Non solum donationes in genere, citra restrictionem quampiam, sed vero facta universalis enunciatione, *omnes* nominantur. Quare, licet communes interpretationis regulæ, secundum quas generalibus specialia semper insunt, & omne qui dicit, nihil excipit, l. 147. ff. de R. I. l. 68. de legat. 3. j. l. 13. C. Mand. hoc me labore sublevare possint videri: utilem tamen, imo plane necessariam esse disquisitionem, qua per species donationum, alias Iure Comuni & Saxonico Electorali validas, eundo fiat, mox res ipsa loquetur.

§. VII. Incipiam ab usu fori Saxonici, quo donationes judicialiter, sicut ab uxore in maritum, adhibito curatoris consensu, ita in uxore in a marito collata, communis Doctorum (a) sententia, sustinetur, inter quos COLERVS & CARPZOVIVS ad glossam Latinam in textum German. L. R. lib. I. a. 3t. lit. i. tales donationes judicialiter inter conjuges practicari, testantem provocant. Equidem constans ille usus, quem JCTI Saxonici passim affirmant, vacillare coepit insecuto Dicaesteriorum quorundam dissensu, maxime defectum legis urgentium: (b) adhuc tamen subinde pro istis inter conjuges donationibus sicut pronuntiatum. (c) Sunt, quæ pro illis sustinendis faciunt, rationes potissimum, quod et actus huiusmodi in judicio celebratus animurum magis deliberatum atque consultum prodat, et publica auctoritate actisque facta insinuatione domesticarum fraudum suspicio evitetur, l. 27. C. de donat. At nunc ex genera-

(a) MART. COLER. *Decis. Germ.* P. I. dec. 12. CARPZOV. P. II. C. 13. d. 16. BERLICH. P. I. concl. 15. n. 32. III. de BERGER. *Œcon. Jur.* p. 276.

(b) vid. WERNHERI *Obs. Foren.* P. VIII. o. 300. p. 653.

(c) Ut a Facult. Jur. Lipf. M. Febr. 1707. & M. Mart. 1710. Ill. MENCKEN. in *Theor. & Pr. Pand. T. de donat. int. vir. & ux. n. 5.*

MOTO CONCVRSV CREDITOR. INVALIDIS. 13

nerali dispositione, quantumcunque certus atque constans usus obtineret, certe non magis valiturg sunt donationes apud acta, quam alia privatum facta. Nihil animi vel maxime deliberati, qui in fraudem creditorum talis esse potest, indicium, nihil judicialis testificatio juvare debent. Pariter enim, ut judex fraudem sat certo explorare, aut prævidere nequit, ita, qui alias subinde judicialis confirmationis effectus est, doli suspicio non tollitur. Quid? quod, cum eventus fraudationis sufficiat, licet confilium defit, non video, quid pro judicialiter suscepitis donationibus militet, majoremque in concursu creditorum his, quam aliis Iure Communi et Saxonico extra controversiam validis donationibus, firmitatem præstare queat.

§. VIII. De donatione mariti, cui juramentum acceſſerit, minus dubium subest: cum nec antehac Ius Saxonum ejus validitatem agnoverit, nisi in quantum ea non vergeret in tertii præjudicium, P. II. C. El. 13. c. 28. X. de jurej. quale in præſenti inspectione manifesto occurrit. Sed nec major firmitas accedet ex morte conjugis donatoris, quæ ſaltem fictione Iuris Civ. id efficit, ut cum in eadem mente, nec revocata donatione, conjux obierit, ob extinctionem personarum unitatem ea ab initio substituisse videatur. l. 23. §. 1. ff. de don. inter Vir. & Ux. l. 25. C. eod. Itaque non magis ea valere potest in calamitatem creditorum, quam alia quævis iure communi valida inter conjuges donatione. Idemque de donatione mortis cauſa expreſſe facta, judicium ferendum erit, circa quam Jus Saxonum alias Iuri Civili inſiſtit. P. II. C. El. 13. §. dieſe n. Finge maritum, fatali morbo decumbentem v. c. 300. aureos uxori in mortis eventum donaſſe ſive conventione ſimplici, ſive facta statim traditione, mox eundem deceſſiſſe opportuna morte, cum jam in eo eſſet, ut foro cedere cogeretur, atque ita

14 DE DONATION. INTER CONIVGES SAXON.

integrā existimationē fidemque sepulchro intulisse, sed postea apparere, eum non fuisse solvendo, et concursūm creditorū excitari. Jam uxor sibi mortis causa donatam summām repetit, præter illata sua, aut a marito morti proximo traditam retinere contendit, quippe in se translato ipso jure dominio, ac per mortem sibi confirmato, *l. f. C. de m. c. donat. §. 1. f. de donat. l. 64. ff. de furis*, nihil profecto obtinebit. Utroque enim modo obstat antiquius creditorū dominium, ob quod res, facta licet traditione, non tradita esse, & in bonis debitoris creditoribus obligatis mansisse fingitur, *§. 6. f. de Ad. l. 39. §. 1. de V. S.* ut adeo, donatore solvendo non existente, nec sit, quod uxor condicere, aut vindicare possit. Quin potius jure Communi mortis causa donatio in tali visione modo inutilis erit ab eventu, modo revocabilis. At ex dispositione Edicti nostri in se nulla erit. Neque juvabit Uxorem forte, quod fraudis expers fuerit, imo, quod maritus, cum mortis causa donaret, melius de bonis suis, & justa quidem opinione speraverit, utpote isthōc infortunio post ejus mortem per alios ipsius debitores foro cedentes, ut solet, contracto: Si quidem hic ad animum fraudandi non respicitur, id quod inferius tum ex jure Communi, tum speciatim ex Edicto nostro plenius exequar.

§. IX. Donationem reciprocā statim & aequaliter factam, & quam in specie Jus Saxon. *P. I. C. El. 13. §. ult. approbat*, mutuam inter coniuges rerum expeditiorum & rerum utensilium sive Gericarum donationem, parum moror. Cessat ratio legis, cum, adhuc modo aequalitas exacta, vir inde non fiat pauperior, aut in creditorum damnum eius bona minuantur. Sed, quod res est, donatio hoc modo fit improppria, & permutatio potius celebratur, *l. 7. §. 2. ff. de donat. inter Vir. & Uxor.* quare nec

MOTO CONCVRSV CREDITOR. INVALIDIS. 15

nec a regula exceptio intercedit. (a) Videamus igitur de rebus ad Geradam spectantibus, quarum donatio simplex a marito facta Jure Saxon. valet, ut statim res ejusmodi donatae fiant uxoris accipientis, *L. R. l. i. a. 23. P. III. C. El. 22.* imo ea, ex concessione custodiae & possessione uxoris, praesumitur: unde res ad ornatum usumve uxoris pertinentes & in ejusdem possessione reperta pro geradicis habentur, (b) & uxori ex defuncti mariti hereditate relinquenda sunt. At marito bonis lapso non item fiet, ut istius generis res, expresse licet uxori donatae, separentur a concurso creditorum, atque ei relinquuntur: nimirum si res illae in supellectile varii generis, auro, argento, gemmis, mundo ornature, etiam vestibus, linteamentis, lectis aliquanto pretiosioribus consistant. Quemadmodum enim *res geradiles*, ut vocant, *Sereniss. Legislator* clare ac nominatim exprimit: ita porro, *exceptis ad usum quotidianum pertinentibus & necessariis, speciotim vestimentis, linteamentis, lectis que, satis aperre designat, donationes saltem superfluas rerum Geradicarum, qua luxus aut ostentationis ergo, saepenumero ultra statum atque conditionem a marito comparatae, & in uxorem translatae fuerint, rescindi.* Enimvero ista, qua ex necessitate vel simplici, vel relata ad condicionem ac dignitatem suam ita conjugi a marito comparata sunt, re exactius pensata, non donata, *l. i. l. 29. ff. de don. l. 214. de V. S.* sed necessitate officii data merito dicuntur: cum in uxorem ex obligatione ad alimenta civilia præstanta, *l. 6. l. 22. ff. de alim. leg. l. 5. §. 10. 12. de agnosc. & al. lib. &* suffici-

(a) BRVNNEMANN. *ad l. 27. ff. de donation. n. 4.* WERNHER.
Obs. For. P. III. o. 65. p. 160.

(b) CARPZ. *P. II. C. 14. d. 29.* WERNH. *Obsrv. P. II. o. 396.*
p. 750. seq.

sustinenda matrimonii onera, conferantur. Sed hanc observationem mox, dum recurrit, excolam.

§.X. Evidem ex dictis jam non difficilis erit responsio, si de muneribus natalitijs, onomasticis, item Kalendis Januariis, aut Nativitatib[us] Christi festo ex inveterata consuetudine datis, quas. Concinne satis, opinor, hic transferri posse veterem Jureconsultorum distinctionem, inter *minus* et *donum* exactissime observatam: cum *minus*, l. 14. ff. de V. 8. proprie vellet esse, *quod necessitate quis obiret, lege, more, imperio* ejus, qui *jubendi haberet potestatem*, ita ut *minus* esset *donum cum causa*, utputa *natalitium*, *nuptialium*, quæ exempli gratia VLPIANVS l. 194. ff. cod. assert; *dona* vero definirent, *que nulla necessitate juris, officii, sed sponte præstantur, que si non præstantur, nulla reprehensio est, & si præstantur, plerumque laus inest*. Inde, cum donatio inter virum & uxorem oratione ANTONINI prohibetur, *minus* prohiberi negabant, ut de munere, die natali, aut Kalendis Martiis a viro uxori oblato perhibet POMPONIUS l. 31. §. 8. ff. de *don. inter vir. & uxor.* Ista enim, natalitia munera, (a) & quæ die Kal. Martii, matronis Romanis festo, (b) offerebantur, non omnino sponte, sed poscente ita more antiquitus recepto dabantur: ut, cum ab amicis solemnia hujusmodi munera mitterentur, conjux reprehensione carere non posset, qui in uxorem tali tempore non aliquam exerceret liberalitatem. Ergo, cum mores isti jam per celebrem illam legem *Mineralem*, Cinciam, essent confirmati, (c) neque Principali Constitutioni

- (a) conferi meretur HENR. SALMVTH, *de natalitio veterum ritu*. p. 43. ubi in specie de natalitiis conjugum donis agit.
- (b) vid. JAC. RAEVARDOVS lib. III. *Coniectan.* c. 4. & u. BARN. BRISSON. lib. IV. *select. Antiquit.* c. 3.
- (c) vid. FRID. BRVMMERVS ad L. Cinciam, c. 12.

MOTO CONCVRSV CREDITOR. INVALIDIS. 17

toni propositum fuisse, veteres crediderunt, damnare, aut tollere conjugalem benignitatem, ut supra dixi, sed caverre, ne hoc prætextu abutentes in paupertatem inciderent. Nempe & hodie indicata munerum species ex necessitate quadam inter conjuges usurpantur, ferentibus ita moribus pervetus, nec improbatione dignis, (d) ut vel honestatis ergo utendum sit marito solemnii atque peculiari affectum conjugalem testandi occasione, quam dies ejusmodi festi ac meliore lapillo notari merentes, offerunt. Neque *Clementissimi REGIS* nostri ea credenda est voluntas, ut etiam hujus generis donationes, ex necessitate modo descripta factas, inutiles esse jubeat, & ad concursum restituendas: quin *exceptio* potius *necessiarum rerum* omnino contrarium ostendit. Itaque modo adhinc, præter laudabilem usum ac solemnitatem, alia requisita, quibus dicta munera fiant necessaria, & humanius de iis dubio procul statuetur. Iam, ubi vestimenta, aut varii generis utensilia, quotidiano usui vel ipsius uxoris, vel familiae inservientia, ut solet, data fuerint, nihil certius, quam eas res necessarias, ideoque a Legislatore exemptas esse, id quod jam antea intelleximus. Verum & si dona illa rebus ad mundum & ornatum muliebrem, imo ad splendorem aliquem temperatum, formamque ampliorem, aut ad commoditatem pertinentibus, consenserint, nemo statim necessiarum rerum classe exturbandas eas putet. Nam facultates donantis, status atque conditio utriusque conjugis ea etiam, quæ superflua majorique sumtu comparata, & in aliis luxuriosa forent, in quibuldam conjugibus non solum modica, verum & necessaria solent efficere; haud secus, atque cum alimentis, civiliter estimatis, contingit.

C

Egre-

(d) CARPZ. P. II. C. 13. d. 20.

18 DE DONATION. INTER CONIVGES SAXON.

Egregie dicta declarat, quod POMPONIUS modo laudatus observat, in d. l. 31. §. 8. ff. de don. inter vir. & uxor. Si vir uxori munus immodicum die natali, aut Matronalibus, dedisset, non munus, sed donationem esse. (e) Sed si impensis, quas faceret mulier, quo se honestius tueretur, contra esse. En! necessariam & modicam donationem, quam nec sola moris necessitas, nec tantum indigentia, aut quotidianus rei donata usus, sed status honestior accipientis talem efficit. Eandem vero mentem esse Serenissimi Legislatoris nostri satis planum & perspicuum est, dum, præterquam quod in genere necessaria donationes exceptæ sint, ex quoque definitur, explicando minus necessarias ac superfluas impensis, scilicet quæ conditionem eas facientium excedant, verb. *unnöthige und ihren Stand übersteigende Depensen*.

§. XI. His requisitis exacte servatis, tales donationes ut necessaria, ita & modicæ erunt. Sed cum non omnes modicæ vicissim necessaria dici queant, supereft, ut de his quoque dicam. Pono, quandam pecuniam, aut res alias minime, ut vocant, geradiles, nec ad usum uxoris aut familiæ necessarias, & quas dignitas atque conditio utriusque conjugis non præcise exigit, sed admittit tamen, imo vero, quæ infra istam dignitatis rationem adhuc constitutæ videntur, tales, inquam, pecunias, v. c. ad recreationem animi, ludumve honestum ac permissum, datas, resve variis gene-

(e) vid. BRVMMER ad L. Cinc. c. 2. CVIAC. Observ. VI. c. 18. Modica, imo fere exigua munuscula ut essent Januaria, natalitia, matronalia, ipsa quoque moris veteris ratio poscebat. vid. MARTIAL. epigr. VIII. 23. XIII. 27. IX. 65. Imprimis vero natalitia numeris, matribus fami. dari solita, erant annuli, lunulae, aliaque hujus generis ad mundum muliebrem pertinentia minus pretiosa, ut videre est apud PLAVTVM Epidic. V. 1. 33.

generis uxori a marito quandoque extra solemnes, quales modo enumeravi, dies, donatas esse. Item has modicas, pono, esse donationes, quæra: quæ tales? Modicum non semper dicendum est a paucō, sed a modo, qui servatur inter nimium & parum, qualis in modicis donationibus summæ, aut pretii rerum datarum esse debet: unde ex metienda sunt modulo facultatum donantis. Hinc alio quidem sensu modicæ donationes dicuntur, quæ sunt intra summam quingentorum solidorum, i.e. intra modum Iure donationibus, insinuatione non indigentibus, præstitutum (a). Alias vero modicæ impensa, aut donationes ex certa summa non definitur, nec id fieri certe potuit. v. l. 5. §. 1. ff. de legit. tutor. Pauperi viro maximum erit, quod locupleti & affiduo modicum, imo forte minimum sit. Ita, quod dixi modicum ex modo facultatum dantis pendet, si eis quantitas ipsa, sive summa respondeat. Verum nec id satis: modica summa isthac sensu accepta, imo exigua, nec sapienter erogari darique debet, quam sustineant res donatoris, ut vere modica omnibusque numeris talis appellari mereatur. Scilicet & sapienter ac frequenter nimis tenuia satis dona elargiendo facultates alicujus pedetentia diminui ac denique exhaustiri possunt, (b) nec ita cum facultatum modo con-

C 2 veniet

(a) Evidem modicæ summæ in jure varie definitur, quandoque duorum aureorum l. 10. ff. de dolo. aliquando quarta pars ejus, de quo agitur l. 1. ff. de inoffic. testam. alibi, quod intra sextam partem est l. 76. ff. pro socio, item quod minus centum aureis est, & quod decem libras non excedit, l. 52. §. 1. de judic. Verum istæ modici definitiones ultra certa negotia non sunt extendenda.

(b) Immodicæ donationes dicuntur, quæ, sive id uno actu, sive pluribus contingat, possint opes donatoris exinanire, l. 3 C. de inoff. donat. vacuas sacere l. 5. eod. eviscerare. l. 7. exhaustire, l. 1. 4. 6. d. t. & uti in Nov. 92. est: εξαντλεῖν. vid. CV. IAC. Obf. V. 14.

20 DE DONATION. INTER CONIVGES SAXON.

veniet donationibus. Ergo, si jam omnia ista complectar, donationes intra modum dignitatis & facultatum mariti factæ, ita, ut has vel quantitate, vel iteratione, minuere notabili ratione non potuerint, Iure Civili sustineri, constat, ex benigna summi juris interpretatione. Non enim amare, ait PAVLVS, nec tanquam inter infestos jus prohibita donationis tractandum est; sed ut inter conjungos maxime affectu, & solum inopiam timentes. L. 28. §. 2. fl. de donat. inter vir. & uxor. An itaque fortassis simile temperamentum admittit Edictum Regium? Sane ita videri possit, si rationem legis in verbis, impensas & donationes immodicas i. e. conditionem & facultates Viri superantes taxantibus repositam credas, turn, in modicis ea cessante, dispositionem cessare, neque has nullas even tu sapius dicto fore, putas: quippe his non exhaustas mariti res, non conflatum æs alienum, non secutam foro cessionem. At ego aliter ut sentiam, facit, quod Legislator favorem creditorum & eorum bonam fidem tuetur, aquifissime, cum ii de damno vitando certent, quod ipsos immitterentes non vult uxoris lucro incurgere. Hæc est vera legis ratio: inde concludo, vel modicas donationes, moto concursu rescissas fore, atque extantes vindicatum, consumtas uxoris illatis imputatum iri. Religiosissime legi insisto, ut par est, præter generalem donationum appellationem innitus claris verbis, omnia, quæ constante matrimonio uxor e mariti facultatibus acceperit, sub rigorem illum revocantibus. Ea, quam memoravi, Juris Civ. mitior interpretatio facilis ac prona est, in favorem ipsorum conjugum facta prohibitione: at hic de præjudicio creditorum agitur. Solus itaque REX sit Clemens legis Interpres. Ego nihil mihi licere hic puto, præterquam, quod modicarum donationum, sed eo sensu dictarum, ut sint puillæ,

MOTO CONCVRSV CREDITOR. INVALIDIS. 21

fallæ, minimaæ ac fere contempnendaæ, vix habitum iri rationem, credam: quæ tales sint, judex videbit.

§. XII. Examinavi singulas Iure Communi, ac specia-
tim Saxonico validas species donationum inter conjuges.
Sequens observatio est, *de solis, que, stante matrimonio factæ
sint, donationibus Edictum sancire.* Hinc regulariter incon-
cussæ stabunt, atque a concursu separata restituentur uxo-
ri, quas adhuc sponsa a sponso acceperit, non solum, ut
arrham sponsalitiam, probandorum sponsarium causa, sed
ut quamcunque sponsalitiam largitatem, ad amorem con-
ciliandum, datas. Hujusmodi sponsum inter sponsamque
donationes veteribus JCtis, quibus donationes ante nuptias
alio sensu incognita erant, §.3. *J. de donat.* donationes in
sponsalibus factæ, l.32. §. pen ff. *de don. inter Vir. & uxor.*
& ante nuptias, l.5. pr. & l. 22. ff. eod. dicebantur: exque
nec moribus, neque Principali Constitutione erant invali-
da. Ita MODESTINV: *Inter eos, inquit, qui matrimo-
nio coituri sunt, ante nuptias donatio facta, jure conslitit:*
boc jus, adjicit, esse: esti nuptie eodem die sint contractæ.
l. 27. ff. 4. t. Inde cum haud raro dubium existeret,
utrum inter sponsos, an inter conjuges facta esset donatio,
frequens Jureconsultorum disputatio de perfectione ma-
trimonii, sive nuptiarum, unde omnis decisio litis super
donationibus ortæ ferenda erat. Dubitatum subinde fuit,
quod vel sponsa, cum donatio fieret, nondum deducta es-
set in domum viri, vel tabulae nuptiales nondum esissent signa-
ta, &c. tum enim perfectæ nuptie non videbantur. Meum
jam non est in illam disputationem excurrere, quam inpri-
mis nobilem facit difficultas l.66. ff. *de donat. inter vir. &*
uxor. quanto indignius a BRISSONIO, HOTOMANNO
aliisque de ritu nuptiarum, aut jure conubiorum aucto-

22 DE DONATION. INTER CONIVGES SAXON.

ribus prætermissa, tanto doctius ab HVBERO (a) tentata, sed, ut mihi videtur, ab ILL. GERARDO NOODT (b) sublata felicissime. Potius est, ut de Jure Saxon. dicam: quod donationes inter conjuges, minus proprie sic dictos, sponsum scilicet ac sponsam, licet sponsalia de præsenti contraxerint, ratas validasque habet, cum ex communi Germania consuetudine, ante nuptias recte vestes, gemmæ, uniones, annuli, aliaque ad ornatum sponsa pertinentia, ei donentur. Nec appetat causa, quare inter sponsum æque et sponsam, ac inter virum & uxorem, de quibus tantum jus Saxonicum (c) similiter ut jus Romanum ubique loquitur, interdici donationes necessum sit: quippe nec profusa liberalitas, nec fraudes hic æque metuenda videntur. Itaque imposterum quoque orto concursu salva manebunt uxori, quæ ex sponsi benevolentia & liberalitate habet, ut

pote

(a) DIGRESS. P. II. lib. I. c. 12. seq.

(b) *Commentar. in Dig. tit. de donat. inter vir. & ux. & tit. de Ritu nuptiarum.* Postquam confusa ab ipso Imperatore, §. 1. *J. de patr. pot. matrimonio & nuptias distinxit*, hasque in specie dici solemniter contractas secundum formam juris civilis, illud esse simplex jure gentium, solo consenfū, nulla solemnitate constare ostendit, p. 485. *Tom. II. Opp.* ibideinque sponsæ ductionem in domum ad nuptiarum solemnitatem pertinere, docuit, porro observat, p. 509. apud Romanos interfuisse, quid actum esset, utrum pacatum conventum, ut nudo consenfū matrimonium constaret, an ut nuptiæ solemniter fierent. Inde judicandum fuisset de perfectione vel matrimonii, vel nuptiarum. Ita utraque in specie SCAEVOLAM respondisse l. 66. ff. *de don. inter vir. & ux.* principio quidem de matrimonio, quod jure gentium contrahere placuerit, §. sequenti vero de nuptiis solemnibus. Inde perfectionem matrimonii ibi collocat in consensu, hic in solemnitate nuptiali, ductione Uxoris in domum, & cum aqua & igni acceptione. Diversum enim hic atque illic actum erat.

(c) vid. L. R. I. a. 31. P. II. Conſt. El. 13. ibique CARPZ. potissimum def. 16.

MOTO CONCVRSV CREDITOR. INVALIDIS. ²³

pote accepta ante matrimonium, idque consummatum ea solemnitate, qua ex Jure Ecclesiastico apud nos ad civilem matrimonii consummationem est opus. Ita regulariter, ut initio monui: nam dantur visiones, in quibus ea donations non secus, atque aliæ stante matrimonio factæ, rescinduntur, nec demum ex Edicto nostro, sed ex jure olim recepto & constituto. Enimvero aliter formandum erit judicium de donatione ab obato sponso facta, idque iterum dupli ratione. Aut ignoravit sponsa ejus conditionem, bonaque fide, ut sponsalia contraxit, ita & oblata sibi dona accepit, eaque non levis pretii, aut plura, nec dubium est, illa revocari a creditoribus, pariter, ut alia personis extraneis & bona fide accipientibus donata, posse, probata in primis fraude donatoris: Aut sciens, prudensque illa futuras nuptias alieno ære obruto viro repromisit, eaque conditionis sponsi sequioris bene gnara, eam approbasse, ac, ob tantam animi levitatem, favore & juris auxilio indigna merito censetur: quo facilior erit donationum in ipsam collatarum revocatio, quod fraudis non expers fuisse videatur.

§. XIII. Sed non pari loco cum donationibus his sponsalitiis & ante nuptias in sponsam collatis erit ista donation, quæ altero nuptiarum die a marito novellæ uxori fit in compensationem delibata virginitatis, quam Morgen-gabam vocant, & quæ in catenis aureis, aut armillis, gemmis, unionibus &c. solet consistere. Evidem si CARPOZIVM (a) audiamus, ea ad donationes ante nuptias referenda est, atque tum eadem juris ratione, qua illæ, subsistit, tum maxime, quia pertineat ad solemnia nuptiarum, quæ vero necessaria sint ad solemnia illa *&* ad contrahendum

(a) P. II. C. 13. d. 19.

24 DE DONATION. INTFR CONIVGES SAXON.

dum matrimonium inter sponsum & sponsam, valeant. Sed vereor, ne sponsi & sponsar, quam in novis conjugibus secundo nuptiarum die vulgus usurpat, appellatio minus accurata ipsi speciem celebratæ inter sponsum sponsamque donationis mentita sit. Postquam civiliter matrimonium est perfectum, definit contemplatio desponsatorum, & donationes inter eos susceptæ, sunt inter virum & uxorem. Quod vero de necessitate hujus donationis ad solemnia nuptialia, ideoque indubia validitate, affirmat, non adeo expediti juris est, (b) quandoquidem ipsa consuetudo, qua Morgengabæ apud Germanos viget, validaque est, non universaliter est recepta, atque idcirco ejus usus etiam in Saxonia ab allegante probandus. (c) Sufficit nobis, Morgengabam inter conjuges proprie tales celebrari, atque adeo donationibus constante matrimonio factis annumerandam esse. Proinde nec appetit, quare eam ab Edicti nostri dispositione excipiendam statuamus, maxime cum in ipsam res majoris pretii dari soleant.

§. XIV. Satis de donationibus aperte factis: dispendendum quoque de iis, quæ forte sub specie contractus, alias inter virum & uxorem non prohibiti, peractæ fuerint. Nihil magis frequens imaginariis venditionibus, quibus jus quæsito colore circumvenitur, numerato dicens causâ pretio. Sed interest, quid actum sit inter conjuges: quodsi

(b) Frustra quoque a CARPZOVIO P. III. C. 33. d. 20. provocatur ad textum L. R. Lib. I. a. 20. quippe non de hac Morgengabæ, sed de illa Nobilium legali, accipendum: imo glossa ibi prorsus a solemnitate nuptiali Morgengabam separat, eamque quovis tempore post matrimonium contractum fieri posse monet.

(c) Ill. MENCKEN. Theor. & Pr. Pand. T. de jure dotium. n. 20.

MOTO CONCVRSV CREDITOR. INVALIDIS. 25

quodsi venditio suscepta sit, donationis ergo, & maritus, cum non haberet animum vendendi, venditionem idcirco commentus sit, ut donaret, ea nullius erit momenti, ut & ipsa, quæ in fraudem legum occulte facta est, donatio: Sin vero animum vendendi vere habuerit, atque ita serio proposito celebraverit venditionem, postea vero ex pretio uxori remiserit, ipse contractus valebit, sed remissio haec-
nus non valebit, quatenus inde uxor facta sit locupletior, quippe donationem hoc refert. l.5. §.5. l.7. §.6. ff. de donat.
int. V. & ux. l.9. C. d. contr. emt. l.36. 38. ff. cod. Sunt hæc certi atque explorati juris: mihi tamen adducenda fuerunt, quod hujus distinctionis usus in Edicto nostro ad venditio-
nes istiusmodi simulatas applicando, conspicuus fit. Quæ enim ex intentione simulate contrahentium peractæ donationes, cum aliis aperte factis, concidunt: quæ remittendo ex vero pretio intercesserint, contractu quidem in se vero, ita moto concursu erunt invalidæ, ut, recepto pretio vere soluto, uxor sibi vendita restituere teneatur, quodque remis-
sum erat, augeat nunc concursum, aut, ubi restitutio fieri non possit, quod de justo veroque rerum venditarum pretio remisum est, illatis, quatenus ea recipere potest, ut alia do-
nata uxor, deducentur. Id quamvis Legislator expresse dis-
ponat de rebus, speciatim immobilibus, non a marito uxor i-
venditis, sed quas idem a tertio, tanquam uxor's pecunia,
emptas in ipsam transulerit, eodem tamen res redit, &
quanto minus ex pecunia uxor's vere solutum fuerit pro re-
bus comparatis, in tantum sub colore donatio facta erit.

§. XV. Minime vero in censum donationis, sub alia specie factæ, poterit vocari hereditatis marito delatae repudiatio in gratiam uxor's, quamvis, cum id vir ageret, jam mari-
fæ obnoxium noverit alieno. Quemadmodum enim re-
pudiatio nomen alienationis plane non admittit, hereditate

D nondum

26 DE DONATION. INTER CONIVGES SAXON.

nondum acquisita, nec in patrimonium ac bona repudiantis per solam delationem redacta; *l. 6. ff. que in fraud. cred. l. 151. de V. S.* ita, secus ac in donatione evenit, nihil ex voluntate, aut facto repudiantis mariti acquiritur uxori, sed perinde habetur, ac si hereditas marito delata non esset, &c. si uxor, tanquam post maritum proxima in ordine succedendi, ad hereditatem vocatur, id proprio consequitur jure, non ex persona, aut beneficio repudiantis mariti. Quamvis itaque VLPIANVS *l. 5. §. 13. de donat. inter Vir. & Uxor.* donationem appelleret, *si maritus ab aliquo heres institutus, uxore substituta aut herede ab intestato futura, repudiet hereditatem sibi testamento delatam, hoc consilio, ut uxor vel ex substitutione, vel ex lege fiat heres:* hoc tamen nomine faltem utitur ad indicandam repudiantis voluntatem, cum *donationis causa* facere videatur, tum ad innendum *eventum*, donationi similem, quia hereditatis commodum ad uxorem ita perveniat, quod, absque repudiatione foret, ad eam non pervenisset. At statim isti animo donaturi ac voluntati repudiantis effectum civilem denegat, dum valere repudiationem docet, quamvis donationis speciem præferat, ea causa, *quod non fiat pauperior, qui non acquirat, sed qui de patrimonio suo deposuerit.* Hoc ipso, dum ut nondum acquisitam, in commodum uxorius, repudiando hereditatem, de patrimonio aliquid deponi negat, non potest alienationem, sive ejus speciem, donationem, revera intervenire concedere. Idem vero est, sive testamento, sive ab intestato delata hereditas repudietur, legibus istud discrimen non modo silentibus, sed imo expresse tollentibus, *l. 6. §. 2. ff. que in fraud. cred.* quippe in hereditate ex legis dispositione delata ad acquirendum dominium aequum opus esse aditione, constat. Ponamus itaque, consobrinos matrimonio junctos una ad successionem patrui vocari, maritum vero, in utilitatem conjugis, sive renunciasse hereditati deferenda, sive repu-

MOTO CONCVRSV CREDITOR. INVALIDIS. 27

repudiare delatam, cum ita pars deficients coheredis jure proprio uxori accrescat, ecquis liberalitate mariti revera in uxorem aliquid cum effectu civili translatum & donationem peractam esse contendet? Ad quæ cum hoc accedat, quod in fraudem creditorum fieri non intelligatur, ubi debitor obearatus occasione acquirendi, cum potest, uti nolit, l. 134. de R. I. l. 109. de R. I. l. 3. C. de revoc. que in fraud. Cred. maxime, propter deficiens creditorum jus in rebus patrimonio debitoris nondum acquisitis, neque cum eo confusis: Ergo, sicut repudiata hereditatem Pauliana s. alia actione revocari non posse, manifestum est: ita neque ex Edicto nostro repudiatio pro nulla haberi possit, tum quia satis ostensem, quantum ea a donationibus differat, ut res repudiata, rebus uxori aliunde, quam ex facultatibus mariti acquisitis, non possint non accenserii, tum quia credito magis lucro excidere, quam vere ad directo lassionem incurre dicendi sunt: Nisi forte aliud Authentica interpretatione determinetur: eousque enim repudiatio valida esse videbitur.

§. XVI. Recensitis donationibus, in quibus locum habeat Edicti nostri effectus, is ipse diligentius nunc debet expendi. Ac primo quidem is existit statim, cum, marito donatore bonis lapso, plures creditores concurrunt & constat, debitorem non esse solvendo, adeoque concursus creditorum enascitur. Cum vero a concursu quicquid non ad debitorem, sed ad alios, jure proprietatis spectat, ac speciatim quoque res uxoris, separari debeat: *O.P.S.E.N.T. XLII. §. I.* (a) manifesto in oculos incurrit effectus ille, dum res per donationes in uxorem translatæ, non tan-

D 2 quam

(a) Vid. III. MENCKEN. *dissert. de rebus extantibus uxorum a consueto cursu creditorum separandis. Th. i. seq.*

28 DE DONATION. INTER CONIVGES SAXON.

quam ejus propriæ a debitoris bonis segregantur, verum, ceu nunquam donatae, ad massam concursus referuntur. Ita videre licet, quomodo ex Edicto nostro donationes mariti in eventu isto rescindantur ipso jure, hoc est, nullæ sint atque inutiles. Distinctim autem res donatas extantes & consumtas inspicere ipsum Edictum nos jubet, verb. und noch vorhanden, non obscure eas invicem discernens. Enim vero in extantibus dicta ad massam concursus restitutio obtinet, aut si easdem retinere uxor malit, vel ab ipsa redimendæ, vel earum imputatio in ipsius illata, aliaque, qua repetit, facienda, quatenus ad horum perceptionem veniat, ita, ut quod excedit, ad concursum restituatur. Consumta ubi fuerint, non una ratione distinguendum, video: Aut enim mala fide consumpsit donataria, aut bona fide; atque inde facta est vel locupletior, vel minus: item, aut attulit marito bona, habetque qua possit repetrere, aut nihil eorum habet. Quomodo cum uxore mala fide vel donationes eliciente, vel res donatas eonsumente sit procedendum, ultimo loco commodius forte exponetur: jam reliquas lustrabo inspectiones. Nimirum, citra confilium fraudandi creditores, imo conditionis mariti deterioris ignara uxor donatas sibi res in aliquem titulo lucrative transtulit, cui alias non erat donatura, sive etiam easdem usibus familiae necessariis, aut voluptuariis impedit, atque ita non est facta locupletior; nec tanto cum ipsa rigore agetur, ut illatis aliisque ejus bonis ita consumatae res tollantur: id quod textus, res extantes expressim nominans, atque ad virtualliter extantes, sive quibus facta est locupletior, saltem extendendus, insinuat. Quodsi oneroso titulo alienaverit res donatas, aut alii donaverit, cui v. c. honorarium debebat, atque inde meliorem suam conditionem fecerit, utique deductioni locum fore non est dubium, conf. l. 6. §. ii. ff. que

MOTO CONCVRSV CREDITOR. INVALIDIS. 29

qua in fr. cred. cum ita perinde sit, ac si ipsæ res alienatæ adhuc in bonis ejus existant.

§. XVII. Ecquid vero si nihil bonorum uxor habeat, quod possit moto concursu repetere, aut quæ potest, donationum summam pretiumve non attingant, exque sunt consumtæ, aut in tertium ab ipsa translata? Quæstio incidit, utrum eo casu actio revocatoria detur creditoribus adversus possessores, ea, quam communiter dicunt realem. Ubi studio prætermitto locum recensendi ea, quæ actionem Paulianam satis superque evincunt non esse realem, (a) contentus hac sola jamque necessaria observatione, eam non adversus quosvis dari possessores rerum alienatarum, id quod realibus quodammodo est proprium, sed tantum adversus possessores fraudis participes, aut eos, qui titulo lucrative rem acceperunt, in quantum sunt facti locupletiores. *l. i. l. 10. pr. l. 6. §. 11. que in fr. cr.* Jam nihil hac ex parte contra jus Commune nostro Edicto dispositum videmus, quin potius, facta rerum extantium solum mentione, integrum est colligere, Legislatorem in revocandis rebus ab uxore alienatis juri Communi ut insitatur, velle. Opus igitur erit, ut ubi onerose alienaverit, fraus uxor's alienantis, tum & accipientium; ubi lucrative, melior inde facta conditio possessoris doceatur. Atque in tantum adversus possessores eorumve heredes, quatenus ad eos pervenit, dolore malo ipsorum factum sit, quo minus pervenerit, actio revocatoria locum obtinebit *l. 10. §. 24. f. l. 11. d. t.* ad alienata restituenda, ita tamen, ut si rerum venditarum, quæ revocantur, pretium sit adhuc in bonis uxor's, id emtori refundatur,

D 3

consum-

(a) Vid. WISSENBACH. *viadic. de mutuo ad tb. 8. p. 42. & 44. f. 1.* THOMAS. *ad STRAUCH. Dissert. XXII. tb. 3.* BACHOV. *Tr. de Act. Dispt. 3. tb. 39.* AUG. BEN. CARPIOV. *Dispt. de rru-
bis, quæ in fr. cr. al. c. 1. §. 6.*

consumitum vero idem ob malam fidem, in qua versatus est, amittat. l. 7. l. 8. ff. eod. Haec tenus asserta quidem optimè convenient corporibus, s. speciebus dono acceptis, ab uxore alienatis: at pecuniis forte ludo amissis, aut tertio donatis, quas maritus uxori dederat, itemque pecunia tali rebus v. c. mobilibus emptis, illo casu eas condici oportebit, hoc res ipsæ vicem pecuniarum præstant, atque non secus, ac de donatis extantibus, statuetur. Ais, s. penumero ita fore, ut & actio sit inanis, nec etiam a fraudatrice ulla ratione creditores alienata consequi possint, eoque ipsis non sat satis videri prospectum? Sed vero scis, non tam bene cum rebus humanis comparatum esse, ut legibus optimis omnia penitus incommoda e Republica tolli, ac publicæ privatæque res ab omni jactura liberari queant. Acquiescendum etiam creditoribus, quando poenis a deceptricibus sumitis sibi videant satisfieri, dum ex, quicquid non habent in ære, luant in corpore.

§. XVIII. Invalidæ atque ipso jure nullius momenti erunt donationes viri bonis lapsi in uxorem, etiamsi melior adhuc fuerit ejus conditio, sive, ut Edictum habet, *ipse adhuc solvendo fuerit*, eo tempore, cum donaret, ita, ut solus eventus, non animus fraudem committendi, ne quidem in donante supponatur. Durum hoc nimisque rigorosum videri queat, iis maxime, qui alias Jure Civili putant in donationibus revocandis requiri certe fraudem tradentis, non eventum sufficere, atque, ut causa lucrativa fraudati creditores dici queant, secundum communem regulam juris etiam *fraudis interpretationem ex consilio desiderari*, l. 79. ff. de R. J. At enimvero quam optime Edicto nostro non minus cum Jure Civili, quam cum æquitate naturali, convenit: Siquidem, ubi attentius inspicias, regula juris concepta est de alienationibus titulo oneroſo factis, quæ consilium

MOTO CONCVRSV CREDITOR. INVALIDIS. 31

filium alienantis, tum & scientiam acquirentis exigit, id quod optime *ex l. 6. §. 8. ff. quæ in fraud. cred. dilucet.* Contraria hinc protinus est altera, de alienationibus titulo lucrative peractis, eadem *l. §. 11. proposita, quæ non solum accipientis & possessoris scientiam excludit, verum & hoc simpliciter ibi querendum statuit: an fraudulentur creditores?* eventu scilicet tantum spectato. Id & ratio juris clare evincit, quæ subjicitur: *Nec videtur injuria affici is, qui ignoraverit,* (non modo consilium tradentis, sed & even-
tum) *cum lucrum extorqueatur, non damnum infligatur.* Sic enim ipsa fert æquitas naturalis, ut cum hic agant creditores de damno vitando, possessor solum de lucro captando, etiam consilio tradentis insuper habito, eorum magis ratio habeatur, *l. 26. ff. de damno inf. l. 14. §. 1. de relig. & sumt. fun.* Et vero meliorem adhuc lucem affundit dictæ *l. §. 10.* ita etiam cum pupillo agi, perhibens, ut, ubi quicquam ex quacunque causa gestum sit cum eo in fraudem creditorum, pupilli, quæ per æstatem contingit, ignorantia, *non debeat esse captiosa creditoribus, & ipsi lucrosa:* ubi licet non excludi videatur animus fraudandi in alienante, tamen, quæ assertur ratio, cui omnis pupilli favor debet cedere, satis arguit, solum, quod creditoribus inique damnum infligitur, respici ejusque avertendi causa, *similiter*, ut lex ait, cum possessoribus rerum alienatarum aliis, nec singulari ceterum juris auxilio munitis agi. Utque ob insignem commerciorum favorem, cum publicæ utilitatis ratione arctissime coniunctum, Edicto nostro creditoribus omni meliori modo subveniri voluit Legislator Potentissimus: ita æquisfima hæc dispositio tanto exactius fini proposito responderet, atque difficultatibus, quæ in probando donatoris consilio, magno sæpe creditorum incommodo, obventuræ essent, optime antevertit.

§. XIX.



32 DE DONATION. INTER CONIVGES SAXON.

§. XIX. Imo vero, quacunque, moto concursu creditorum, inter uxoris res invénientur, quasque ea proprietatis jure ad se spectare, & à concursu idecirco separanda, contendet, ea ipsi vel donatione mariti acquisita, vel alia ratione ex mariti bonis, constante matrimonio, in ipsam usus, custodia, aut possessionis causa translata prasumentur, & ad massam concursus augendam redigi debent. Unde uxori incumbit necessitas probandi, ea, quæ segregari cupit, aut a se ad maritum allata, aut stante matrimonio aliunde, veluti per hereditatem, legatum, donationem extranæ personæ acquisita esse, atque bonorum paraphernalium, aut receptitiorum qualitatem habere. Horum probationem ei expresse textus Edicti nostri injungit, hac tamen lenitate, ut non exactam & plenariam requirat, quam alias desiderari quis forte existimaret, sed velit sufficere leviores probationes, quas *demonstrationis* nomine indigitat. Enimvero, sublato Processu Summario antehac in Electorali Saxonia recepto, tam regulari, quam irregulari, atque Ordinario, præter Summarium Possessorium & Executivum, generaliter introducto, licet Summarii forma modusque procedendi imposterum plane non obtineat, minime tamen exinde omnis demonstrationis usus sublatus dici poterit, quatenus ea in qualicunque verificatione per documenta, testes omni exceptione haud maiores, suscipi potest, ac ita in oppositione ad plenariam, aut solemnem probationem nomine demonstrationis venit, & ad accelerandum Processum speciatim in concursu creditorum admittitur. O.P.S.E.N.T. *XLI.* §. 4. Itaque conceditur non solum uxori infirmiorem ejusmodi suam probationem jamento corroborare, sed &, conjecturis atque indiciis ita fermentibus, ea, quæ talia esse prætendit, jam ante contractum matrimonium ad se pertinuisse, vel eo durante non ex mariti

MOTO CONCVRSV CREDITOR. INVALIDIS.

riti facultatibus ad se pervenisse, jurejurando confirmare tenebitur. conf. verba: nicht bescheinigen, oder allenfalls nicht endlich bestärken kan.


§. XX. Restat, ut de poenis addam mulierum, quae
rum culpa maritus ad inopiam pervenerit, aut quæ malo
creditoribus fraudem inferendi consilio donationes a mari-
tis vel elicuerint, vel, quod tale maritorum consilium pla-
ceret, ab iis oblatas acceperint, atque ita mala fide, ne a cre-
ditoribus moto concursu vindicarentur, consumserint. Ei,
quæ mala fide res fraudulententer sibi donatas consumpsit, non,
quod certe minus ad tantam improbitatem ulciscendam fo-
ret, consumpta illatis aliisque, quæ repetit, deducentur;
sed talis ob dolum admissum justissima pena afficietur, ut
pote omnino illatis suis privanda, ac, si atrocius delinquisse
convincatur, arbitraria insuper coercitione multanda.
Cumque jam, per *Decis. El. Sax. Nov. VI.* æque uxori,
cujus culpa, quam, cuius dolo, maritus ad incitas redactus
sit, antehac privilegium prælationis ratione dotis amise-
rit, (a) sublato nunc isto prælationis jure, ad privationem
omnino illatorum deveniendum fuit: quam ergo iis quo-
que uxoribus præstitutam cernimus, quæ luxuria sua ma-
laque rei familiaris administratione marito egestatem con-
traxerint, inde as alienum conflare, tum versuram fa-
cere eum coegerint, ita, ut ipsarum culpa infortunium con-
jugis atque concussum creditorum esse exortum, appareat.
Maxime vero arbitraria poena, carcere, ergasterio, relega-
tione, afficietur, quæ, dum nihil intulerunt, mariti facul-
tatibus utendum, superbiendum, ac, dum possent, bacchanalia
sibi vivendum esse, se vero nuditate sua demum satis-
tutas, putarunt, fore adversus creditores, quibus tali coér-

E citio-

(a) conf. PHILIPP. *Observatt. ex Deciss. El. Sax. ad Decis. VI. obs. 4.*

26 DE DONATION. INTER CONIVGES SAXON.

citione extraordinaria par est satisfieri ; postquam, ut Ictus ait, *nou emolumentum, in eis, que exutæ sunt bonis, spectandum est, sed pena. l. 25. f. §. ff. qu. in fr. cred.* Evidem, ut bonis lapsorum mulieribus poenæ indicatae queant irrogari, opus est, a creditoribus, quem arguunt, dolum culpamve earum probari : quam satis difficultem probationem subinde futuram, nemo non videt, maxime cum maritum, tanquam familiæ caput, major culpæ dolive, in decoquendo commissi, oneret suspicio, quam uxorem, quæ in gerenda re familiari illius voluntatem atque parendi conditionem, quam sustineret, secuta esse credi potest. At nec deficiet proinde omnis, sive dolum mulieris, ex collusionis cum marito facta aliorumque ad fraudandos credidores manifeste gestorum indicis, imo vero conjecturis, sive etiam culpam ejusdem probandi facultas, ubi de foeminæ luxuria arque profusione constet, ac eam vel prodigalitatis & lautioris vitæ generis causam viro exititisse, vel, dum liberam rei familiaris curam & administrationem haberet, hoc arbitrio pessime usam esse, doceatur. Quodsi probatio sufficiens obtineri non possit, suspiciones tamen afferent gravatae juramento sese purgandi necessitatem.



Iam

Iam ultimam dissertationi manum admoveoram, cum incidit forte in Rescriptum Regium, nuperrime in concursu quodam creditorum, qui coram Praefectura circuli Lipsiensis etiamnum ventilatur, ad Dn. Praefectum datum, quod cum nonnulla dissertationis capita confirmare posse intelligerem, eius tenorem cum B. L. communicandum duxi.

Friedrich August, König, &c.

Thurfürst, &c. &c.

Father, lieber Getreuer; Uns ist aus eurem, von 30.
December vorigen Jahres erstatteten allerunterthänigsten Berichte, wie ihr das in A. U. F. v. J. Credit-Wesen, den 9. ejusdem euch ertheilte Rescript expediret, geziemend vorgetragen worden, und ihr findet denen hierbei zurückgehenden 3. Voluminibus Actor. eingelegt, was besagter F. v. J. und dessen Ehe-Weib H. W. gebohrne v. D. in zweyten Memorialien darneben allerdemuthigst und gehorsamst vorgestellet. Nun sind zwar P. H. d. R. B. z. L. mit den in Actis sub J. num. 76. fol. 10. desgleichen die Fr. v. J. und deren Advocat S. mit denen fol. 22. 32 b. und 34b. nicht weniger die übrigen Interessenten mit ihren hin und wieder eingewandten Appellationibus, welche hiedurch ingesamt rejicireret werden, abzuweisen, und habt ihr euch, nachdem es bey eurem und des nach H. abgeschickt gewesenen Amts-Land-Richters Christoph Hamischens Verfahren allenthalben bewendet, hierunter kein weiteres appelliren, es geschehe von wem, oder wohin es wolle, irren zu lassen; Wir begehen aber auch, ihr wollet H. bey seinen an dem Guthe H. erlangten Rechten, wenn er die darüber in Händen habende Original-Documenta, wovon vidimирte Abschriften ad Acta zu nehmen sind, produciren wird, gebührend schützen, und
denen

28 DE DONATION INTER CONIVGES SAXON. &c.


denen selben zum Nachtheil nichts verhängen, so wohl auch der Fr. v. J. ihre Sachen und Mobilien, ingleichen des Schuldners Bruder dem jüngern Fr. v. J. die, als die seinigen angegebene 2. Pferde, und dem v. B. die 7. Antheile Ungarische Weine, wenn sie insgesamt ihr Eigenthum daran bescheinigen, oder solches allenfalls eydlich bestärken, oder auch, so viel die Weine betrifft, der v. B. der Process-Ordnung gemäß Caution machen wird, abfolgen zu lassen. Und wie hiernechst, was die Untersuchung des Schuldners Vermögen und dessen Administration betrifft, das ausgelaßene Mandat wieder die Banquerourirer, wie sich díssfalls zu verhalten, kläre Maße giebet; Als habt ihr euch allergehorsamst darnach zu achten; Und wenn die Creditores über die, zur Administration des angezogenen Vermögens und dessen Besorgung, nöthige Personen sich nicht vereinigen könnten, hierunter der Process-Ordnung gemäß zu verfahren, es ist auch im übrigen das Suchen der Fr. v. J. daß derselben einige von des Schuldners Sachen, auf die von ihr vorgeschlagene maße, nach deren vorherbescheineter Taxation, abgefolgt werden möchten, denen Gläubigern zu erkennen zu geben, und wenn sie darein zu willigen sich verweigern sollten, habt ihr selbige nebst denen andern dem Fr. v. J. zustehenden Sachen, so hoch als es möglich, ins Geld zu setzen, und dieses bei euch ad depositum zu bringen, auch das ganze Credit-Wesen überall ferner gebührend fortzustellen, und möglichst zu beschleunigen. Mochten es euch nicht bergen, und geschiehet daran unsere Meynung. Datum Dresden, am 5. Februarii. Anno 1725.

August Beyer.
Gottlieb Frost.

An
Commission-Rath und Creyß:
Amt-Mann zu Leipzig,
Thomas Wagnern.

BO A 6388





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
Centimetres
Inches



6
31a
**DISSERTATIO IVRIDICA
DE
DONATIONIBVS
INTER CONIVGES SAXONICOS
MOTO CONCVRSV CREDI-
TORVM INVALIDIS**
*S. Bochmer in der
Actu donationis reprobatur
et non auctorat hanc
vol. III. n.*
**SECUNDVM EDICTI REG. DE BANCAE
RVPTORIBVS, DE D. VII. JAN. MDCCXXIV. §. XV**

i. e.

**Von Ungültigkeit derer Schenkungen unter Ehe-
Leuten nach entstandenen Concurs**

Vermöge des Königl. allergn. Mandats wieder die Banqueroutiers, §. 15.

QVAM CONSENSV

MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS

P R A E S I D E

DN. JO. GODOFREDO BAVERO

J. V. D

D. XXIII. MARTII MDCCXXV

PUBLICAE DISQVISITIONI

SVBIICIT

A V C T O R

M. FRANCISCVS CAROLVS CONRADI
REICHENBAC. VARISCVS.

L I P S I A E
LITERIS IMMANVELIS TITII.